

zati E. Et per Conseqvens verâ Dei cognitione sunt prædicti. (4) Probando id ipsum Exemplo Johannis Baptiste Luc. i. qvi, contempto Christo, in utero Elisabethe præ gaudio subsiliit. Gaudium vero istud Johannis verè spirituale fuit, ex verâ in Christum fide profectum, quia referuntur inter fructus fidei. Gal. 5. Fructus enim fidei sunt pax & Gaudium E. Johannes adhuc in utero materno existens, verâ fide prædictus fuit. NB. Hoc Exemplum adducitur, non ut ostendatur, fidem in reliquis infantibus excitari eodem modo à Spiritu S. quo in Joh. Bapt. excitata est, nam in illo tides miraculose, extraordinariè & immediate, in reliquis infantibus per media, ad fidei productionem ordinata; sed in eum finem producitur hoc exemplum, ut illustretur, in Infantibus dura pueri seu potentiam credendi cadere, nam apud Deum nullum verbum est impossibile; Si E. potuit Deus in Joh. Bapt. fidem accendere extraordinariè & immediate, cur non possit Spirit. S. ordinariè fidem in reliquis infantibus excitare. Sed excipiunt nonnulli contra hanc assertione*m. Instantiam* quandam, dicentes. (1) In Infantibus per ætatem deesse usum rationis. E. nec Christum cognoscere Resp. Negando (1.) Consequentiam, nam usus rationis potius impediret, quam promovet fidem. (2.) Qvicquid infantibus per ætatem debet, id nis supplet Spirit. S. per Baptismum. *Instant.* (1.) Infantines non possunt audire verbum DEI, per quod fides acceditur Rom. 10. E. infantes in Christum credere cumque cognoscere non possunt. Resp. i. Ex auditu fides est, sc. in adultis, in Infantibus vero acceditur fides per Baptismum. Sic E. duplex medium accipienda fidei Deus ordinavit, pro diversitate Hominum, Adultis sc. verbi Div. auditum, infantibus vero Baptismum. (2.) Negando Consequentiam, hoc enim tantum sequitur, quia non possunt audire verbum Dei. E. infantes destituuntur cognitione Dei sc. Discretâ mysteriorum Dei, quae est ex auditu verbi Dei. Et sic 3. distinguuntur inter veram in Christum fiduciam, & discretam mysteriorum Dei Cognitionem: *Jam à Negatione Discretæ Mysteriorum Dei Cognitionis, ad Negationem fidei Salvificæ non valet Corseq.* licet enim infantes careant discretâ istâ mysteriorum Dei cognitione, non tamen fide in Christum salvificâ destruuntur. *Instant.* (3.) Non tamen sentiunt actum fidei. E. non credunt